UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

REGVLA CCCXXIIII.

FEVDI contentio vbi eſt inter dominum & vaſallum, pares curiæ ſunt iudices. Hanc regu. probat tex. in c. imperialem, in §. præterea ſi inter duos, de prohibita feudi aliena. per Federic. & ibi Matthæ. de Affliict. nu. 38. & in c. j. de controuerſia feudi apud pares termi. & ibi etiam Matthæ. de Afflict. nu. 1, facit etiam text. in c. j. de lege Corra. notatur in c. cæterum, de iudic. De iure Regio eſt tex. in l. xj. titu. xxvj. par. iiij.

Hanc regul. cum vnica ampliatione & ſex limitationibus ponit Bernard. de Luco in reg. cclxxxvij. remittendo ſe ad Marianum Socin. in c. ex tranſmiſſa. nu. 9. de foro compe. Eandem cum quatuor ampliationibus & ſex limitationi. ponit Curt. iunior in tracta. feudorum, in vij. par. verſ. tertia principalis regula datur, a num. 54. vſque ad finem.

REGVLA CCCXXV.

FEVDVM negans, rem feudalem perdit. Hanc regul. ponit Abb. in c. cæterum, nu. 21. poſt Innocen. ibi, de iudic. allegat ad hoc text. in c. quo iure viij. diſt in. Bald. in ij. col. C. quomodo & quando iudex. Probatur per tex. in l. fi. ff. de rei vendicati. vbi probatur ꝙ negans ſe poſsidere ſi conuincatur, perdit poſſeſsionem. Cui conſonant tex. de iure Regio in l. iij. tit. iij. par. iij. & l. xl. titu. j. ead. par. Circa quam reg. vide Rom. in conſi. lxx. nu. 4. Arnold. Ferronium in conſuetu. Burdegalen. in tit. de feudis. §. v. Abb. in c. fi. de ſoluti. nu. 2. Iaſ. in l. quod te mihi. nu. 29. ff. ſi certum pet. & in. §. omnium. nu. 86. Inſti. de actio. Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuſſ. num. 19. & nu. 322. & in ſingu. ccxlij. Matth. de Affl. in deciſ. Neap. xviij. nu. 1. Ludo. Gome. in. §. ex maleficiis. nume. 16. inſti. de action. Anton. Capit. in deciſ. xix. nu. 6. Hiero. Grat. in conſil. xxxvij. nu. 1. vol. ij. Guid. Papam in ſing. dcix. & in conſi. iij. nu. 2. & in deciſio. 256. in fi. Ripam in l. qui cum ſe. nu. 1. cum aliis, ff. de re iudi. & vide infra in regu. cccxxix.

Et plures caſus in quibus negans punitur, vide per Bal. in Auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecu. quem refert Catellia. Cotta. in memora. iuris, in verbo, negans.

Hanc reg. ampliat vno modo, & limitat quinque modis Felin. in d. c. cæterum. a nu. 28. vſque ad nume. 20. de iudic.

REGVLA CCCXXVI.

FEVDI noui inueſtitura ad hoc vt probetur, neceſſarium eſt ꝙ adhibeantur pares curiæ. Hanc reg. probat tex. in c. j. quid ſit inueſti, in vſibus feudo. Ratio autem quare extranei non admittantur,